



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Pervsina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

AD CAMILLI.

*Iustitiam, rectumq; sequi, monstrante CAMILLO,
Discite: sitq; dolo vincere, turpe viris.*

ITEM.

*Impietas pietate noua depulsa parentis,
Pro patria in patriam nos docet esse pios.*

ITEM.

*Pugnant ter gemini per mutua vulnera fratres,
Asserere Imperium non sibi, sed patria.*

ITEM.

*Pro patria certamen obi, tibi candidus ales
Fiet, opemq; feret, sit licet ipse niger.*

ALIUD.

*Mollit, agit, nectitq; aures facundia; sed non
Labem animi eloquio tollere lingua potest.*

PERVSINA.

IN PERVSIAM IVL. CAES.

SCALIGER.

Sanguinea audaci conata PERVSIA ferro,
Tanquam hosti temerè sepè inimica suis.
Partibus Imperium, vitales partibus auras

Colligit, inuisis partibus atra DEOS,
Vatibi sic odio quæ re partiris amaro.

Est, que non toto est corpore tota, nihil.
Quin etiam fera iura tui scripsere coloni:
Quæ iubeant tetras semper habere manus.

H 4

Vestra

*Vestrarum hac igitur summa est sapientia legum;
Nolle placere alijs, velle nocere sibi.*

IN ATRIO ARCIS.

PAVLVS III. Pontif. Max. tyrannide eiecta,
nouo ciuitatis statu cōstituto, bonorum quieti, &
improbiorum freno, arcem à solo excitatam mira
celeritate muniuit, pontificatus sui ann. IX. Salut.
M. D. XLIII.

AD SERVOS.

BALDO SECVNDO Perusino J. V. Consultis-
simo filij pietiss. faciendum curauerunt, proba-
ueruntque. Vixit ann. LXXVI. M. IV. D. VI. obiit
M. CD. XC. Septemb. XXII.

*Interpres vtriusq; Iuris ingens,
Orbis gloria, patria decusq;
Hic BALDVS IACET ille Bartholinus;
Hui, BALDV M haud regit hoc, sed ossa Baldi
Marmor, fama nitens volat superstes,
Cælum spiritus innocens recurrit.
Dic lector VALE, & hinc recede felix.
De huius morte lege Andream Mathiolum Me-
dicum.*

Tumuli inscriptionem ex Herfusco sic vertit
Camerarius.

*Humanis homini nihil est in rebus amicum:
Nemo scit, hora sua quæ sit, & vnde, necis.
De summa, quæ in illo fuit, Iuris cognitione
notum est elogium:
Nemo, quod hunc latuit, sciuit: si iura monarcham
Ferre queant, tanto hic nomine dignus erat.*

ANTE

 ANTE AEDEM S. LAURENTII.

IN FRONTISPICIO AENEAE

Pont. statua.

IVLIO III. Pontif. Max. ob restitutos magistratus, piè deprecantibus Fulvio S. R. E. Card. & Ascanio corneis, ex sorore nepotibus, ad muneris, gratique animi perpetuitatem PERVSIA dedicat.

 MEDICI CVIVSDAM.

*Magnus Aristotelem reserauit Auerrois, ast hic
Amborum interpres, tres animas habuit.*

 FOEMINAE A MARITO ADVLTERII
SVSPICIONE INTERFECTAE.

*Si qua solet proprio gaudere puella decore,
Quid mea fors possit, nunc ego sola queror.
Forma dedit multis famam laudemque puellis,
At mihi de falsa suspitione necem.*

M. CCCC. LXXX.

 IN S. FRANCISCI.

Sepulcrum BARTOLI I. C. sumptuosè ex marmore albo erigitur, cum nulla alia inscriptione, quàm:

OSSA BARTOLI.

Et saxum vetus humi hoc habet incisum:

Sepulcrum BARTOLI I. C.

 EIVSDEM.

*Hic est BARTOLVS ille iuris ingens
Lux, & commodus explicator: hic est,*

H S

Quem

*Quem mors ante diem abstulit maligna,
Heu mors inuida, & eno iniqua nostro,
Qua leges iterum iacere cogis!*

Obijt anno M. CCC. LV. ætat. XLVI.

PETRI PERVSINI PICTORIS.

*Perdita si fuorat, pingendi hic rettulit artem.
Si nusquam inuenta est hætenus, ille dedit.*

SVB CATONIS IMAGINE.

*Quisquis vel celebri facturus verba corona
Surgis, vel populo reddere iurapas:
Privatos pone affectus: cui pectora versant
Aut amor, aut odium, recta tenere nequit.*

LORETANA.

NICOLAUS CAIETANVS.

CArdin. Sermoneta, gentilis BONIFACII
VIII. cum & sub idem tempus, quo ille
Pontificatum inijt, sanctam hanc domum,
hic tandem diuinitus confedisse, & multa se à
Deo opt. Max. beneficia Beatae MARIAE Virginis
Deiparae precibus obtinuisse meminisset; spe-
rans, eiusdem opem morienti non defuturam:
monumentum hoc marmoreum viuens, & inco-
lumis sibi faciendum cur. atque in eo, vbi morta-
litate exuisset, corpus suum recondi voluit, an-
num agens LIIII. Anno Domini M. D. LXXX.
Obijt, annos natus LIX. M. II. D. VII. Kal. Maij,
Anno M. D. LXXXV.

IBI.